



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCCLXI. De Santo Hydropico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

PUNCT. II. Respondens autem Archisynagogus indignans, quia Sabbatho curāset i E S V S, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in hū ergo venite, & curāmini, & non in die Sabbathi. v. 14. Falsum dicit Archisynagogus: sicut enim DEVS semper nobis benefacit, nullo die excepto; sic semper oportet nos operari Opera Bona, & curam gerere Salutis Animæ nostræ. Ne itaque ab hoc sinamus nos impediri finistris aliorum judicijs, oblocutionibus, murmurationibus, &c.

PUNCT. III. Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocritæ, unusquisque vestrum Sabbatho non solvit bovem suum, aut asinum à præsepio, & dicit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanæ, ecce decem & octo annis, non oportuit solvi à vinculo isto die Sabbathi? v. 15. & 16. Sic lèpe homines majorem curam gerunt animalium suorum, ex. gr. equi, illum reficiendo, pectendo &c. quām tu Animæ tuæ. Erga Proximum verò considera motivum Amoris, quia est filius non tantum Abrahæ, sed DEI Creatoris & Redemptoris.

MEDITATIO CCCLXI.

De Sanato Hydropico.

LUC. 14. V. 1.

PUNCTUM I. Et factum est, cùm intraret domum cuiusdam Principis Pharisæorum, Sabbatho manducare panem, & ipsi observabant eum. Sic ubique quidem, & semper habemus nostros observatores, præsertim autem apud Principes & præcipuas Personas, atque in mensis ac convivijs Sæcularium. Itaque Boni Exempli odorem

324 Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.
odorem ubique spargas , honori & famæ tuæ , ac tu-
rum consulas , & quantum fieri potest , hominum
non necessaria consortia , ac convivia fugias.

PUNCT. II. *Et ecce homo quidam Hydropicus er-*
ante illum (extra vel intra domum depositus , ve-
Fiducia Amicorum , vel insidiis Phariseorum , ut vide-
rent , num Christus Sabbato curaret) Et responde-
JESVS , dixit ad Legisperitos , & Phariseos dicens : si licet
Sabbato curare ? at illi tacuerunt . v. 3. Sic tempore S.
Communionis , quando Christus intrat domum
tuam , expone illi animi tui morbos : & confide ,
quod ex illius parte nulla mora collationem Sanitatis
sit retardatura. Devita etiam politicam , & mali-
gnam Phariseorum taciturnitatem , quando sincere
loquendum esset. Nec fide hominum silentio ; sed
cogita , illud , te recedente , in sinistros sermones eru-
pturum , per quos tamen ab operibus Charitatis non
finas te ex vano respectu impediri .

PUNCT. III. *Ipse vero apprehensum sanavit eum , at*
dimisit. Et respondens ad illos , dixit : Cujus vestrum affat
aut bos in puteum cadet , & non continuo extrahet illum die
Sabbati ? Et non poterant ad hæc respondere illi . v. 4. Mul-
tò minus ergo tuam , vel Proximi Animam differas ex
à peccati lapsu extrahere , vel Purgantes Animas ex
Purgatorij puteo eripere , vel ex profundo præ
consuetudinis educere immersam voluntatem . Ca-
ve etiam , ne quemquam à te dimittas eorum , qui
ope tuam implorant , nisi sanus & melior fa-

ctus , & ope tua adjutus sit , licet Sabbato , vel
importuno tempore , quieti propriæ
destinato , accesserit .

MED